



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Gaudia præcipua quæ habuit B. V. Maria ex filij sui resurrectione,
ascensione, Spiritus sancti missione, & sui glorificatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

Gaudia precipua qua habuit beatissima Virgo Maria ex filii sui resurrectione, ascensione, spiritu sancti missione, & sui glorificatione.

Expectata mundi consolatio virgo Maria, nunc iterum gaudet quia filius tuus potenter ad inferna descendit, & de hoste triumphans, animos inde suos liberavit. O mater misericordiae ora pro omnibus fidelibus defunctis, ut illis succurrat diuinæ pietatis miseratione, eos eripiat eius præciosi sanguinis effusio atque amara passio. *Aue Maria.*

Formosa, candida atque omnium venutissima domina mea virgo Maria, gaudet quia filius tuus à morte resurgens tibi gloriosus apparuit. Hac me quofo nunc per gratiam resurgere ad perfectionem omnium virtutum, ut in nouissima resurrectione inueniar tecum à dextris in consilio omnium beatorum. *Aue Maria.*

Gratiosa & omnium oculis desideratissima virgo Maria gaudet, quia filium tuum vidisti ascendentem in celum cum exercitu sanctorum patrum, in iubilatione angelorum. Impetra mihi à filio tuo, ut cor meum post se trahat, & nihil in hoc mundo me afficiat: sed in ipso solo quiescam, viuam & gaudeam. *Aue Maria.*

Humilima & sublimissima virgo Maria gaudet, quia Spiritum sanctum filius tuus in mundum effudit. Fac pia mater, ut Spiritu sancto replearé, & in statu mansibilis gratiæ totus constituar. *Aue Maria.*

Intermerata immarcessibilisq; paradisi rosa, angelorum regina, Trinitati proxima gaudet, quia filius tuus corpore & anima te assumptam & supremo in solio coronatam glorificauit. Ora quæ pro vniuerso mundo, quia mater es misericordie. *Aue Maria.*

Latitia cœlestium virgo Maria, cuius gaudia, nunquam deficiunt, sed crescunt, cui filius nihil negat gaudet, quia filius tuus iudicaturus est viuos & mortuos. Impetra nobis omnibus ò piissima hic veram poenitentiam, & omnium peccatorum nostrorum plenam indulgentiam, ut de morte transeamus non ad iudicium, sed ad beatitudinem gloriam:

Cui non administratur deuotio tanta, aut tempus non sufficit, ut articulos orationesq; legat, potest adiecilos in fronte articulorum superlatius duntaxat legere, eozq; salutationi angelica premittere, qui lectoris memoriam uuant dum salutationum numerum ordine signant alphabeti: Verbi gratia, ut dicatur: Aue amabilissima virgo Maria ab initio & ante secula creata ab æternisq; electa &c. gratia plena &c.

Aue beatissima virgo Maria, dignior cunctis, sanctior vniuersis, gratia plena. Aue castissima virgo Maria sine viro fecunda, gratia plena. Hoc q; modo vsp ad V. quæ est XX. litera prosequendum erit in omnibus. Et in hoc casu solo angelica salutationes procedere debebunt articulos: alias, articulos sequentur salutationes angelica.

